

SCRIPTA

Numéro Scripta : 5484

Auteur(s) : Gilles de Caen, Coutances (évêque)

Bénéficiaire(s) : Coutances (chapitre cathédral)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1248, 14 juillet

Action juridique : autre

Langue du texte : latin

Analyse

Gilles [de Caen], évêque de Coutances, conclut un accord avec le chapitre cathédral sur les droits que le chapitre peut prélever à sa place en son absence. Le chapitre, en échange de deux cents livres tournois, peut conserver les déports qu'il avait perçus lors de la vacance du siège épiscopal ; il perçoit les procurations de la Saint-Lô et de l'Assomption, que l'évêque soit présent ou absent, ainsi que les rentes achetées par le scholastique Robert de Champeaux pour son obit. Enfin, il prend à ferme les dîmes de Tessy-sur-Vire jusqu'à la mort du desservant, date à laquelle il les percevra de plein droit, selon la volonté de feu l'évêque Hugues [de Morville].

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Fontanel Julie, *Le cartulaire du chapitre cathédral de Coutances*, Saint-Lô, Archives départementales de la Manche (Sources inédites sur l'histoire du département de la Manche ; 1), 2003, n° 285, p. 424-425.

Texte établi d'après a

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis, G[ilanus], Dei gracia Constanciensis episcopus, et ejusdem ecclesie capitulum humile, salutem in Domino. Ad universorum noticiam volumus pervenire quod, cum contencio verteretur inter nos capitulum, ex una parte, et nos G[ilanum], Dei gracia Constanciensem episcopum, ex altera, super debitis, auxilio et deportationibus a nobis, capitulo, seu auctoritate nostra sede vacante, perceptis, que a nobis dictus pater reverendus repetebat ; item super procuratione nobis a dicto episcopo singulis annis in festivitate beati Laudi prestanda seu solvenda prout in festivitate Assumptionis beate Marie prestatur et solvitur ; item super sexaginta solidis tur. annui redditus apud Fovillam a nobis capitulo percipiendis et in obsequiis annuis magistri Roberti de Campellis quondam scolastici Constanciensis convertendis ; item super decimis de Tesseio quas in manu [sua] dictus episcopus totaliter detinebat. Tandem in hanc formam [pacis], assens[u] unanimi, devenimus quod nos episcopus super toto eo quod dictum capitulum sede vacante [perceperat de debitis.] deportationibus et auxilio, remaneret in posterum liberum et immune pro ducentis [...] libris et decem solidis tur. quas a prefato capitulo recepimus in pecunia numerata ; [super toto eo] quod dictum capitulum percipiat in die festo sancti Laudi [...] predecessore nostre extitit ordinatum ; item volumus et concessimus [quod dicte sexaginta solidi tur.] annui redditus quos dictus scolasticus emit in feodo de [Fovilla] dicto capitulo remaneant ad obitum dicti scolastici annuatim in dicto obitu inter canonicos dividendi ; volumus insuper et concedimus quod dictum capitulum decimas de Tesseio ad firmam percipiet annuatim et teneat, eo modo quo tenebat et percipiebat priusquam in manu nostra essent arrestate et detente, donec rectorem dicte ecclesie de Tesseio qui modo est contigerit cedere vel decedere, et tunc predictae decime ad jus et proprietatem dicti capituli revertentur, prout a bone memorie H[ugone] predecessore nostro extitit ordinatum. Nos autem capitulum dicto reverendo patri, nos vero episcopus dicto capitulo, injurias seu contentiones motas seu movendas pro tempore retroacto coram quibuscumque iudicibus ordinariis vel delegatis

duximus ad invicem remittendas. Quod universis et singulis tenore presencium significamus. Actum anno Domini
M° CC° XL° octavo, die martis proxima post Translationem beati Benedicti abbatis.